



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Cap. XXV. De modo orandi per meditationes de B. Maria virgine eiusq[ue]
interceßonem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

sionis Christi, sed & cuiuslibet actus interioris vel exterioris, quem Christus in tali mysterio exercuit, facere poteris.



CAPVT XXV.

De modo orandi per intercessionem

B. MARIAE Virginis.

PRæter iam dictos orandi & meditando modos, adhuc alius occurrit: Videlicet de gloriosissima superbenedicta Virgine matre Christi Domini nostri **MARIA**: quod hac

I ratio-

194 CAP. XXV. Pugna
ratione commodè facere po-
teris. Primùm namque verre-
mentem tuam ad Deum Patrè:
deinde ad vnigenitum ac di-
lectissimum filium eius Chri-
stum Dominum nostrum: Po-
stremo ad eandem superbene-
dictam matrem, sanctissimam
Virginem MARIAM.

In meditatione erga coele-
stem Patrem, duo siste ante i-
psiùs conspectũ: nempè sum-
mum ipsius beneplacitum, q̄
habuit apud se ab æterno de
superbenedicta Virgine matre
MARIA, priusquam nascere-
tur: deinde admiranda opera
quæ idem ostendit cùm eadẽ
san-

sanctissima Virgo in mundum
nasceretur. Ex utroque hoc
poteris tibi multas perutiles
ac pias meditationes forma-
re, hoc ferè modo & ordine.

Eleua & exalta cogitationes
tuas ultra omne tempus præ-
teritum, supraque omnem
creaturam, & penetra vsque
ad æternitatem diuinæ men-
tis: atque sic meditare, quàm
celebre gaudium, quàm san-
ctas delicias diuina Maiestas a-
pud se habuerit super hac be-
atissima Virgine MARIA, ei-
usque pulchritudine longè de-
sideratissima. Cumque Domi-
num Deum in tanto gaudio ac

iubilo inuenisti; confestim
summa spe atque fiducia eum
ora, vt propter illud sublime
gaudium, tibi gratiam & ro-
bur spiritus, ad superādos ho-
stes tuos (præsertim illud viti-
um quod te tunc grauius ten-
tat atque molestat) benignè
largiatur.

Deinde progrediaris medi-
tari præclaras virtutes ac dona
eiusdem gloriosissimæ Virgi-
nis matris *MARIÆ*: & nunc
simul omnes, nunc verò sin-
gulas siste ante conspectū cœ-
lestis Patris: atque ora simili-
ter, vt per immensam bonita-
tem suam, & propter istas san-
ctif.

Castissimæ Virginis virtutes, tibi
clementer conferat quod pe-
tis.

Postea verte cogitatum tu-
um ad Filium Dei, Dominum
nostrum Iesum Christum: eū-
que admoneas castissimi Vir-
ginalis vteri, qui nouem men-
sibus ipsum gestauit: itemque
reuerentiæ singularis; qua ip-
sum sanctissima mater Virgo,
cū primū natus esset in mū-
dum, prosequēbatur atque co-
lebat. Quoniam tunc statim
credidit ac coluit ipsum vt ve-
rum hominem, & Deum ve-
rum: vt filium suum, & crea-
torem suum. Admone eum

*Vt B.
virgo
Maria
Christum
colue-
rit*

I 3 quo-

quoque oculorum magneꝫ cō-
passionis, quibus summam e-
ius paupertatem intuita est.
Sacrorum etiam brachiorum
in quibus ipse Dei filius frequē-
ter recubuit: Istorum suauum
osculorum; quæ ipsa ei dedit:
Lactis, quo ipsum nutriuit:
Laborum difficilium, pluri-
marum molestiarum atq; do-
lorum, quæ in vita eius pari-
ter & morte, propter ipsum
sustinuit. Propter hæc & simi-
lia pijsimæ Virginis matris ob-
sequia, nonnullam dilectissi-
mo eius filio vim afferes ut re-
orantem exaudiat.

Tandem te quoque veritas
ad

ad ipsammet gloriosissimam
Virginem matrem Dei MA-
RIAM: eamque similiter ad-
mone; quomodo ipsa sola in-
ter omnes virgines ac mulie-
res, ab æterna sapientia, im-
mensaque bonitate Dei, in ma-
trem gratiæ & commiseratio-
nis, in adiutricem, mediatri-
cem, advocatam omnium ho-
minum apud Deum præele-
cta sit: quodque post Deum,
eiusque dilectissimum filium,
apud neminem alium, quàm
apud ipsam meliora, certio-
raque præsidia atque solatia sa-
lutis inuenire ac consequi pos-
simus.

I 4

Ad.

Admone ipsam quoque,
quam vere ac rectè de ipsa scri-
batur ac decàtetur: quòd nul-
lus eam recta fide inuocauerit
cui non benignè responderit,
suaque fidelissima intercessio-
ne auxilium non tulerit. De-
nique siste ante oculos eius om-
niam miseriam, quam dile-
ctus eius filius hic in terris su-
stinuit: & ora vt pro ipsius so-
lius honore ac gloria, tibi sua
pijssima intercessione, impe-
trare dignetur hoc, cuius gra-
tia dilectissimus eius filius
tam manuetissi-
mè passus
est.